

Dominicus Arumäus Christoph Weyse


## **Disputatio Quarta Ad L. 2. C. de rescind. vendit.**

lenae: Steinman, 1604

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74938350X>

Druck Freier  Zugang







V. N. 2 (155.)



1. Boucquoy, de renunciatione invalida.
2. Cludius, de tutelis.
3. Cludius, processus iudicarii suscipiendi delincentis.
4. Gerhard, de solemnitatibus testamentariis.
5. Lotichius, de foro competente, tam communi quam privilegiato.
6. Lotichius, de jure primogeniturae seu de primogeniis illustrium imperii.
7. Neulbaum, de collationibus bonorum.
8. Neulbaum, de traditione seu modo acquirendi naturali.
9. Rinovius, de fideicommissis familiarum.
10. Sturzium, de statutis et eorum interpretatione.
11. Wieg, societatis, quae est inter virum et uxorem respectu conjugalis acquiritus.
12. Linc, de sequestratione, placidae creditorum cessurae, in thesauris et eorum.
13. Linc, de panibus civilibus.
14. Carnach, de differentiis juris rom. et germ. in heredis institutione voluntaria.
15. Müller, de veritate celata.
16. Bornemann, de negotiis gestis.
17. Engelbrecht, de jure absentiae.



18. Antrenius, arbor consanguinitatis et affinitatis  
tam respectu matrimonii, quam successione.
19. Arumaeus, selectarum juris appoime controversi quaestio-  
num ΗΜΙΕΚΑΣΤΙΑ.
20. Arumaeus, de ΠΡΩΤΟΠΡΑΞΙΑΣ, jure et privilegio pluri-  
um creditorum colligis exactioibus.
21. Arumaeus, de jure tutelarum.
22. Arumaeus, ad l. 2. C. de reficend. vendit.
23. Arumaeus, de jure emphyteutico.
24. Braun, de poena conventionali maxime in matri-  
monialibus.
25. Baumer, de jurjurando, vi et metu exorlo.
26. a Breugel, de represso aliis.
27. Althart, de libello.
28. Albert, de termino animationis foetus humani, rannu dal  
Rind in Müllerscheibn die Parla ausgeführt.
29. Alberti, de pulmonum subfidentium experimenti prou-  
denti applicatione
30. Albinus, de jure dotium.
31. Albinus, de emtione vendit.
32. Albinus, de p. p. restitutionibus.



# DISPUTATIO QVARTA

A D

L. 2. C. de rescind. vendit.

Quam

D. O. M. A.

*Permissu Nobilissimi & Amplissimi Ictorum  
Collegij in illustri & celeberrima  
Academia Jenensi*

Sub Præsidio

*Clarissimi atq; excellentissimi viri,*

Dn. DOMINICI ARUMÆI

FRISII J. U. D.

*Publici exercitij gratia in Auditorio Ictorum  
instituet*

CHRISTOPHORUS Beyse  
Naumburgensis.




J E N Æ

Imprimebat Tobias Steinman,

ANNO clō. Io. CIV.





*Magnifico, Amplissimo, & Consultissimo  
viro Dn.*

CHILIANO  
STISSERO ICto  
CLARISSIMO, NEC  
non Archiepiscopatus Mag<sup>r</sup>  
deburgensis Cancellario dignissimo,  
Affini ac Meccenati suo  
colendo.

*Publicum hoc exercitium*

Studiorum suorum testimonium esse  
voluit.

Christophorus Weyse  
Naumb. R.





## Corollaria.

1.

*Ius accrescendi in emptorem hereditatis transit.*

2.

*Post humus etiam iure novissimo exheredari potest.*

3.

*Pater, si filiusfamil., heres institutus hereditatem adire nolit, à substituto excluditur.*

4.

*Ob semiplenam probationem deferripotest iuramentum suppletorium.*

5.

*Liberi positi in conditione, non sunt in dispositione.*

6.

*Iuramentum liberti quo donum, munus, operas se daturum iurat, verborum obligationem producit.*

7.

*Servitute non constituta non licet aperto pariete fenestram habere invito vicino.*

8.

*Pacto de retro vendendo quodocunque libuerit non praescribitur 30. annis*

*Ad*



*Ad Dn. Respondentem, Commensalem, Collegam  
& Amicum meum singularem.*

**S**ic est, usque alius faucés dum ingurgitat Obbâ,  
Et sedet ad Bromios nocte dieque scyphós,  
Pugnas dumque alius ciet, acria tractat & arma,  
Voceque Stentoreâ complet ubique vias;  
Tu vitæ sequeris cursum melioris, & omne,  
CHRISTOPHORE ô, Nomicâ tempus in arte lo  
Nocturnâ versasq; manu versasq; diurnâ (cas,  
Enthea, quæ duplex jura volumen habet,  
LIPSIÀ testatur clara & SALANA Labores,  
Publica nunc fructus ecce Cathedra refert.  
Ultra dimidium læsis quàm ferre sit æquum  
Supperias, scisâ venditione, doces.  
Quod dum Sancta Themis subolet quam ferre sit æ-  
Præmia te tanto digna labore, notat; (quum  
Et sic, noſter Amor VVEISI, te affarier inſit:  
Ædem cur noſtram tam vigilanter adis?  
Numne Aræ tandem Nomicæ ut dicere Sacerdos?  
Perdura, & voti ſic citò compos eris.

*L. M. g. deproperabam*

Christian Schwarz/ Gryphif-  
vvald. Pomer.

**F I N I S.**





# Disputatio Quarta

A D

L. 2. C. de rescind. vend.

Quam instituet

In Auditorio ICtorum

CHRISTOPHORUS Weyse/

Naumburgensis.

*Thema vigesimum quartum.*



Ideamus nunc qua actione læsus contractum rescindi petet? eritea ex opinione communi ex contractu descendens.

*Magna & hac in re varietas occurrit. Sunt*

enim qui concedendam læso in integrum restitutionem autumant. Nonnulli  
1. Quia Lex nostra dicit humanum esse hanc rescissionem dari, quo dant resti-  
significatur æquum esse propter conventionem venditionis Genus lo- tutionem in  
quendi restitutioni maxime conveniens, cum restitutio omnis iure integrum.  
publico constituta ab æquitate sola proficiscatur præter rationem iu- 1.  
ris communis l. 1. penult. de in integr. restitut. 2. Necessè est 2.  
hic intelligi restitutionem in integrum, si hæc rescissio contra ius com-  
mune comparata est. l. in causâ ff. de minorib. Hæc autem re-  
scissio talis est. Nam iure communi licet contrahentibus in pretio  
emptionis sese invicem circumscribere l. si voluntate C. de rescin.  
vend. 3. Præterea si qua actio civilis est, iure communi ea erit 3.  
actio ex vendito, At actio ex vendito hic competere non potest, sive  
quod

K



quod de ea rescissione in contrahenda emptione nihil convenit, sive quod hæc actio competat, non ad rescindendam venditionem. Absurdum autem videtur actionem ex vendito ad rescindendam venditionem dari quæ ad confirmandam venditionem comparata est. 4. Mo-

4.

ventur exemplo venditionis vi contractæ. Nam si quis vi coactus rem venderit, & tradiderit, competit ei actio ad rescindendam venditionem, At non ex vendito, sed actio quod metus causa l. 4. C. de his qui vi metus caus. l. metum §. sed quod Prætor ff. quod met. caus. Hæc autem actio est restitutio in integrum quæ intra quadri-

Pinelli con-  
dict. ex leg.

enium tantam competit. l. fin. C. de tempor. in integr. restit. Alia in sententia est Pinell. §. 1. C. 3. n. 9. Is enim largitur conditionem ex lege: attento (inquit) quod hæc lex non è succurrit, cum antea nullum remedium læsis in pretio daretur, nec obligatio resultat ex tenore conventorum, sed principaliter ex æquitate cui lex vires tribuit: & ita omnia videntur concurrere ex quibus conditio ex hac lege dari debet iuxta verba l. Cti l. unica de condit. ex leg. Sed sententia à nobis proposita communis & etiam venior est.

Confirmatur thesis.

1.

Lex enim nostra concepta est de maioribus. Maiores autem non restituntur ex contractu in læsione, læa quæ à patre C. de restit. milit. Non ergo competit restitutio in integrum Non etiam quod Pinell. credidit conditio ex lege quoniam uti themate 6. demonstravimus, non est lex nova, sed vetus & multis seculis ante tempora Dioclet. & Maxim. frequentata. Deinde quæ more & consuetudine recepta, venditor emptori aut emptor venditori præstare debet, ea veniunt in actionem ex vendito & ex empto, l. si quod nolit §. quia assidua de ædil. edict. Si quæ sunt moris & consuetudinis multo magis ea quæ iure certo sunt præstanda, qualis est restitutio quæ ex lege nostra præstat. Nam quod iure præstandum est id etiam more præstandum est, inquit Donell. ad hanc l. n. § 6. Facit etiam quod in bonæ fidei iudicijs etiam ea veniant de quibus non est cogitatum, l. ex empto ff. de act. empt. §. in bonæ fidei Inst. de act.

2.

Nec obstant quæ ob stare antea dicebamus. Nam primi argumenti fragilitas vel ex eo apparet quod non omnia quæ contra ea quæ humaniter constituta sunt, protinus extraordinario remedio expianda sunt. Iuris enim expediti est æquum & bonum in iudicijs bonæ fidei omnino & præsertim emptionis præstari debere. §. 1. Instit. de oblig. ex consens. at qui ideo si contra æquum & bonum quid fiat ad ex.

3.  
Refutatio  
contrari-  
orum. 1.



ad extraordinarium equitatis, restitutionis scilicet beneficium recur-  
rendum esse dixerit, & non potius ad actionem ordinariam & ex con-  
tractu descendente, arg. l. in causa 16. ff. de minor. Secundum  
argumentum similiter nihil insert & potius stat à parte nostra, si  
concludamus; Sed iure communi improbata est hæc deceptio (thema-  
re 6.) & consequenter eo etiam non extraordinario remedio purgabi-  
tur. Tertia obiectio facili est resolutio si dicamus hac actione non  
simpliciter agi ad rescissionem contractus, sed alternativè, ut vel iu-  
stum pretium vel rem restituat. Nec etsi agatur ad rescissionem tan-  
tum, propterea negamus actionem ex vendito manare cum satis con-  
stat, & illam interdum dari ad distrahendum contractum, l. sed Cel-  
sus §. 1. de <sup>act.</sup> empr. l. exempto §. si quis virginem de  
action. empr. Vltimum argumentum repellitur prioribus observa-  
ti. Quod enim dicimus venditori competere actionem ex vendito ad  
rescindendam venditionem, item emptori ex empto, si modo hæc re-  
scissio iure præstanda est: sic accipiendum est, si emptor aliquid re-  
stituere debet emptori quod ex emptionis causa accepit, ut in proposito  
ubi rem venditam emptor accepit ex causa venditionis: aut contra si  
quid restituendum est, quod accepit venditor ex causa emptionis, ut in  
redhibitione ubi venditor reddit pretium quod accepit. Non idem fit  
in re per vim vendita & tradita emptori. Hic enim emptor eam  
rem non habet ex causa emptionis & venditionis, quia venditio vi fa-  
cta iure irrita habetur, l. 1. ff. quod met. caus. non potest autem  
ex vendito actio esse ubi venditio non constitit, si modo venditor eam  
venditionem stare nolit. Donell. d. l.

2.

3.

4.

*Thema vigesimum quintum.*

Qua in hoc aget ut venditio rescinda-  
tur, id est, ut rem, quam dedit consequatur,  
reddat & ipse pretiū quod accepit, emptori  
tamē hac in re electione tributa, Si n. is malit

K 2

rem



rem retinere, & quod iusto precio deest sup-  
plere, poterit.

*Quaestio 1.* Incidit hic dubitatio quomodo IVSTVM PRETIVM debe-  
amus accipere. Sunt enim doctrina præcellenti homines qui inter iu-  
stum & verum pretium distinguant, iustum intelligunt dimidium  
veri pretij, ut si fundus valeat 10. & venditoris sit. 4. putent satisfacere  
venditori si emptor unum addat, iam enim quinq; dati reperuntur  
ita ut iam se læsum ultra dimidium queri venditor non possit. Huius

*Argumenta  
prioris opi-  
nionis. 1.*

2.

sententiæ argumenta hæc habent. 1. Quia in nonnullis exemplari-  
bus d.l. 2. in fine legitur: Si nec dimidia pars veri precij so-  
luta sit Propterea cum initio precij iusti, in fine autem veri precij fi-  
eret mentio, existimantur vel ex eo deserre. 2. Quia iustum nihil  
aliud significat, quam legitimum, ut cum iustas nuptias dicimus in  
pr. Inst. de nupt. nihil aliud quàm legitimas nuptias intelligimus,  
similiter uti iustum pactum iusta uxor, iusti liberi dicuntur. At pre-  
cium legitimum si hic accipimus, necesse est intelligi veri precij dimi-  
dium. Nam dimidio veri precij soluto emptio iure consistit, nec re-  
3. scindi potest uti patet ex l. nostra. 3. Quia si emptor ab initio  
dimidium veri precij solverit, non rescinditur venditio Ergo etsi con-  
tracta emptione dimidium offerat idem consequi debebit. Quia non  
debet contracta emptione, deterioris conditionis esse quam ab initio

*Argumenta  
posterioris.*

1.

fuit. Verum hæc interpretatio communiter Dd non placet, nec sanè  
placere debuit, vel solo eo argumento quod priores in sua sententiæ  
explicationem trahebant. Quod enim lex nostra primum vocat iu-  
stum, quod deest ait, iusto pretio idem mox nominat verum,  
minus autem scilicet precium esse videtur, si nec dimidia  
pars veri precij soluta sit, ut scilicet intelligeremus quantum  
hunc tractatum attinet nihil inter duo illa interesse. Vnde videmus

2.

*Refutatio  
contrario-  
rum.*

& in usu iuris non raro iustum precium appellari verum in l. si fun-  
dus §. fin. de pignor. l. si res II. §. 1. de iur. dotium. Ex qui-  
bus & rationes oppositæ pelluntur & stabilitur sententiæ nostra. Ve-  
rum id quod ultimo loco proponebatur, dissolvendum est. Nec enim  
ratio inelegans est non plus scil. concedendum esse ei qui ab initio  
emere vult quàm qui emit, posterior enim iam quæsitum ius habet.  
Verum considerandum est non utrobiz, eandem esse rationem, qui  
vult emere potest, & quidem permittente iure, precio viliori emere,  
dummodo

dummodo



dummodo non sit infra dimidium iusti precij, sicq; eo ipso res in illum  
transit & numi in dominium venditoris, ut nulla supersit obligatio  
inter ipsos: at si emit precio infra dimidium, ius idem quod per-  
mittebat precio viliori emere, impedimento est emptori ut ad petitio-  
nem venditoris non possit rei restitutionem vel iusti precij supple-  
tionem subterfugere, idq; propter hanc obligationem, nunc inter ipsos per-  
durantē. Nec id iniquū. Si enim emptor pretium supplere voluerit rem  
restituatur, aut si eam satius putaverit retinere precium solvat. Quapro-  
pter si ut in superiore exemplo proponas fundum valere 10. & qua-  
tuor venditum esse non aliter emptor audiri debet quā si sex addi-  
derit, id enim uti probatum est iustum pretium dicitur. *Quæritur Quæstio 2.*  
utrum hæc electio emptori competens sic intelligenda  
sit, ut sola res sit in obligatione an verò & pretium? *Quæ-*  
*stio hæc in variis partibus scinditur sicuti constat ex Pinello p. 3. c. 3.*  
*n. 1. & seqq. Legistarum hæc est sententia solam rei restitutionem in*  
*obligatione esse, precij autem supplementum in solutione. Contra*  
*quos insurgunt Canonistæ qui utrumq; in obligatione esse volunt uti*  
*Paidil. n. 3. etiam notat. Effectum huius ponunt Dd. in eo. Si enim*  
*cum Legistis dixerimus, sequitur re perempta nihil amplius ab empto-*  
*re deberi, cum tamen ex Canonistarum opinione, quia & pretium est*  
*in obligatione nihilominus id præstandum sit, de quo etiam Donel.*  
*ad hanc l. n. 14. Verum ad eum effectum existimo parum interesse*  
*quid dixerimus, utimur enim ea in re iure aperto, vel enim res culpa*  
*emptoris vel sine ea perijt. Priori casu tenetur non secus ac si res extra-*  
*ret. l. 23. de V. O. Posteriori non item ut si servus mortuus sit, fun-*  
*dus chasmate perierit. l. contra d. de R. l. Quæritur cur em- Quæstio 3.*  
*ptori potius quā venditori electio detur? Respondeo, quia*  
*voluntate venditoris dominium rei consecutus est emptor, & ideo non*  
*faci' è ipsi hoc auferendum est, & si quid est vitij in contractu id non*  
*tam in contractu quā pretio est, id autem præstat emptor non ven-*  
*ditor, & ideo merito eius similiter electio erit.*

*Thema vigesimum sextum.*

Quod uti in arbitrio eius est, sic quoque  
contentus erit venditor, quid emptor ele-  
gerit, qui si rem restituere malit, non ante id fa-



cere cogitur, quàm impensas refuderit venditor.

Probatio  
Thesicos.

Controversia hac de re non exigua est. Sunt enim qui volunt rem citra impensarum restitutionem faciendam esse, propterea quod emptor ex l. nostra facultatem habeat retinendi rem emptam, & venditori solvendi id quod deest iusto precio. Quapropter si rem retinere nolit cum possit & iustum precium supplere, imputet sibi cur impensas fecit, venditor enim utitur iure suo dum rem repetit, nec quicquam impensa cum re commune habeat. Verum contra hanc sententiam communis stat conclusio, quæ in argumentum tranfit, l. intra utile 40. §. ult. ff. de minor. quæ vult minorem restitutum adversus venditionem pretij à curatoribus factam sumptus ab emptore factos in rem ipsam restituere cogendum. Quod si in minore iustum est, cuius restitutio omnium favorabilissima est, quanto magis hoc dicendum in venditore 25. annis maiore. Salicet. in l. nostra replicabat in d. l. intra utile §. ultimo, rem præcisè auferri invito emptori ex vi restitutionis, in l. autem nostra voluntate emptoris res auferatur, quoniam potuit iustum precium supplere. Verum contra Salicet. dicemus & in specie l. nostræ etiam invito emptori rem auferri, quoniam eam non potest retinere nisi precium iustum exhibeat, quod sive ei absit, sive res, cum id in eius vicem succedat parum refert. Imò cum ad sumptos consequendos emptor actionem habeat, l. quod dicitur 5. §. si dos ff. de impens. in res dotal. l. qui exceptionem 40 §. si pars de condi&. indeb. utiq; multo magis exceptionem habeat, l. i. §. is autem de superfic. Faciunt & in thematu probationem, l. donum C. de rei vind. l. in fund ff. de rei vind. cum similib. Non obstat argumentum contrarium, quoniam hac facultas non est absoluta, sed modificata, nec enim potest nisi pretio iusto suppleto rem retinere: Quapropter si velit uti iure permittente potest rem restituere, nulla ratio est cur expensarum refusionem negaremus. Limitari tamen utiliter poterit hæc conclusio, ne procedat in impensis immodicis, præ quibus satius fuerit venditorem re carere, d. l. in fundo ff. de rei vind. Grave enim onus non videtur utiliter gestum, l. sed an ultro §. i. ff. de negot. gest.

*Thema vigesimum septimum.*

Quæritur cum rem restituere vult emptor  
an frus



an fructus perceptos simul restituere tene-  
atur.

Articulus hic scitu dignissimus est inquit Pinell. in Parte 2. *Argumenta*  
c. 4. in pr. nulliq. ex iam tractatis difficultate vel utilitate inferi- *affirmanti-*  
or. Sunt quamplurimi qui propositum thema affirmant. 1. Quia *um. 1.*  
natura restitutionis intelligenda est cum fructibus, l. in condemna-  
tione ver. & verbum restituas ff. de R. l. 2. Facit l. patri §.  
item ex diverso ff. de minor l. videamus §. in Faviana. ff.  
de usur. ubi patrono revocanti alienata in fraudem legitimæ, resti-  
tuitur res cum fructibus, & tamen ille patronus similis videtur em-  
ptori recedenti à contractu quoniam sicut emptor, ita & possessor con-  
tra quem agit patronus potest rem restituere vel supplere iustum pre-  
tium. l. 1. §. si quis ff. si quid in fraud. patron. 3. allegant tex-  
tum l. cum autem §. cum redhibetur l. quod si nolit §. ult.  
ff. de ædil. edict. l. quod si nolit §. ult. de ædil. edict. Cui  
quidam respondent contrarium statuentes quod in actione redhibito-  
ria ex voluntate emptoris resolvatur contractus, & ipsi imputandum  
sit. Verum replicant huius sententiæ affecta, quia cum res vitiosa aut  
morbofa redhibetur, etiam si resolutio contractus in emptorem confer-  
tur, est tamen quod imputetur venditori cui totam rem vendiderit,  
& ideo culpa eius rescinditur contractus, & nihilominus fructus ei re-  
stituuntur. 4. Proferunt l. 1. C. si maior fact. alien. tactam & c.  
ibi in arbitrio eius ponere an velit possessionem cum fructibus restituere.  
Verum contra opinionem hanc insurgunt Gomez. 2. resolut. 2. *Argumenta*  
n. 24. Pinell. d. loc. Pach. 2. contr. 24. 1. Quia interim donec *negantium.*  
contractus rescissio sit dominus verus est, & ideo propria re utitur; nec  
t. 1.  
tenetur fructus restituere cum eos suos fecerit. Verum hæc argumen-  
tatio displicet Covar. 2. resol. 3. siquidem & is qui à minore emit  
ante concessam in integrum restitutionem verus dominus; & tamen  
data in integrum restitutione ad fructus tenetur l. quod si minor  
25. §. restitutio l. patri 28. §. item ex diverso ff. de mino-  
rib. Sic in redhibitoria ante redhibitionem verum dominum habet,  
quod negari non potest: at nihilominus condemnatur ad rei  
cum fructibus restitutionem, d. l. cum autem §. cum redhibe-  
tur. Pro hac opinione recitat alia Gomez. citato loco. Sed  
primum



2. primum & secundum recidunt in responsionem Covar. Tertium eius est, quia si unus ex contrahentibus habet rem, alter habet precium, l. curabit C. de act. empt. Ponderant & alij q. L. nostra dicat rescissa venditione rem restituere debere, de fructibus autem nihil addit. In hac dubia quaestionum concertatione placet mihi viam mediam ingredi, ut quidem emptor teneatur ad fructus respectu illius, quod res plus valebat compensando aliam partem fructuum ad respectu rationemq. pretij dati. Quam sententiam habet Harmenopol. lib. 3 tit. 2. & pro hac facit quod dici solet fructus cum usuris compensandos esse l. 2. C. de usur. & argumentum superius recitatum, iniquum aliis esse, venditorem quidem pretio usum & sine usuris, emptorem vero rem cum fructibus restituere debere. d. liurabit. Atq. hanc opinionem expressè fovet. l. 1. C. si maior fact. alienat. fact. & c. ea quippe in specie fructus cum re restituuntur ab emptore, quia eidem pretium à se datum cum usuris restituebatur quemadmodum fit in l. 1. & 3. C. si vend. pign. agat. l. illud 29. ff. de adil. edict. quod & in casu nostro valet, si emptor nolit uti compensatione, sed omnes restituat fructus.

*Thema vigesimum octavum.*

Controvertitur & hoc an resolutio ex l. nostra contractu resolvatur onus rei venditæ impositum ab emptore.

*Argumenta negantium.*

1.

2.

*Affirmantium argumenta.*

1.

Ut si fundo imposuit servitutem vel eundem alij oppignoraverit. Et quidem multi sunt, qui hoc negant, Bartoli argumento moti, quoniam cum contractus resolvitur voluntate emptoris tum quoque onus impositum non resolvitur l. si res ff. quib. mod. pig. vel hypoth. solv. In specie autem l. nostræ resolvitur ut arbitrantur voluntate emptoris contractus, poterat enim eum supplendo iustum pretium servare Deinde videtur fortius ius creditoris in re vendita quam venditoris, ut scilicet actione personali ipsum compellere possit ad rei restitutionem, nam plus cautionis est in re quam in persona, l. plus cautionis d. R. 1. ut sic rescisso licet contractu, non tamen resolvitur. 1. Quia iniquum est & in præiudicium venditoris grave, si dixerimus rem cum onere ad ipsum redire, vendidit enim ei liberam, qualis autem vendita est, talis etiam restituere vel ex l. nostra debet. in ver.



in ver. Fundum venundatum recipiat. 2. Quia resolutio iure  
 danti solvitur etiam ius accipientis. l. lex veſtigali ff. de pignor.  
 3. Quin resolutio principali solvitur etiam accessorium l. cum prin-  
 cipalis ff. de R. l. 4. Neg. enim resolutio quæ in specie l. nostra sit  
 proprie dicitur manare ex voluntate, non ea ratione quam pleriq. pro-  
 ferunt, quod fortasse emptor pecuniam non habeat, qua supplere preti-  
 um valeat, siquidem hæc consideratio nimis longè & ab accidenti pe-  
 tita est, frequentiusq. sit quod si presentem pecuniam non habeat, eam  
 ab alio mutua accipiat, ut iustum pretium suppleat, ut rem resti-  
 tuere non cogatur. Sed ex natura negotij & ex causa præcedente pi-  
 gnus vel hypothecam, atq. etiam legu autoritate. 5. Resolutio ex pa-  
 ſto additionis in diem contractu hypotheca resolvitur l. 4. S. led  
 Marcellus ff. de in diem addit. l. 3. quib. in od. pigr. vel  
 hyp. Pari itaq. & simili modo in casu legu nostræ venditione resolu-  
 ta hypotheca solvitur. Nam uti emptor impedire potest rescissionem  
 supplendo id, quod deest iusto pretio ita & emptor impedire potest ne  
 resolvatur contractus, si offerat venditori eam conditionem quæ ab alio  
 offertur. l. licet l. necesse ff. de in diem addit. Nec precij magni  
 sunt illa quæ parte ab altera prolata sunt, de illo iam constat quod pri-  
 mo opponeretur, non resolvi contractum voluntate spontanea & libe-  
 ra: sed potius coacta & ex natura negotij & legis autoritate, de quo  
 casu non loquitur d. l. 3. ff. quib. mod. vel hypoth. Quod pro secundo  
 adhibebatur esse potius ius iuris creditoris quam venditoris non satis pro-  
 batum est. Constat enim venditori prius quàm creditori rem obliga-  
 tam fuisse, venditoris ius resolutioni non est obnoxium, de restitutione  
 enim loquimur, creditoris utiq.

2.  
 3.  
 4.  
 5.  
 Dissolutio  
 contrario-  
 rum.  
 1.  
 2.

*Thema vigesimum nonum.*

Pertractavimus theoreticam huius legis, Libellus quo  
 videamus practicam. Sic enim loquitur in modo in l. l.  
 lege nostra Bart. n. 16. ubi primò videndum formetur.  
 quomodo libellus concipi debeat. Videtur a.  
 ex communi sic formari posse. Domine Iudex  
 ago contra Titium cui ante annum vendidi fun-  
 dum aureis quadraginta novem, cum tamen cõ-  
 tractus

L



tractus tempore valeret, centum quod ego igno-  
ravi & sic sum deceptus ultra dimidium iusti  
pretij. Peto ergo per vestram sententiam Titium  
compelli, ut accepto rursus pretio fundum resti-  
tuat, vel quod iusto pretio deest, suppleat.

Libelli summa brevibus percurrenda est. Quod primò dicitur  
tempore contractus fundū valuisse 100 id omninò necessarium est. Si  
enim à pretio in præsens conciperetur, vitiosè id fieret, quapropter  
etiamsi hodie fundus aestimeretur 100. si tamen contractus tempore da-  
tum pretium non superaverit, firma est emptio, atq; id nominatim pro-  
batur l. si voluntate C. h. t. l. 3. §. Divi fratres ff. de iur. fisci.  
Addere debet se errasse, Nam si sciverit satis ineptè ex hoc beneficio se  
iuvare petet, quāquam id necessarium non sit, pendet enim ex sequen-  
te, cum dicit se ultra dimidium læsum esse. Nam alias ei ex hac  
lege subveniri non potest l. in causa §. f. de minorib. iuncta h. l.  
nostra. Quod alternativa conclusio subjicitur, non quidem necessum  
est, propterea quod verè res saltem sit in obligatione, pretium in solu-  
tione, tamen Bartol laudat magis si alternativè concludat libellus,  
per §. 1. Inst. de offic. iudic. l. miles §. decem. ff. de re iudic.  
qua ostendunt, posse alternativim iudicari & peti in casu in quo unum  
tantum est in obligatione, alterum in facultate solvendi, Nec enim  
(inquit) Pinell. c. 3. p. 3. n. 4. culpari potest talis alternativa, in qua  
exprimitur quod de iure committitur electioni conventi, cui alterna-  
tiva ipsa nullum incommodum adfert.

### *Thema trigesimum.*

De modo probandæ istius læsionis ultra  
dimidium, res nō explicata satis est, quid n. si  
multò post contractam venditionem de ve-  
ro pretio remoti illius temporis sit contro-  
versia, quomodo id probabitur?

Temporis cuiusvis pretium duabus ex rebus aestimatur, quali-  
tate rei & quantitate fructuum, l. si quos C. de rescind. vend. l.  
pen. in pr. ff. de reb. eor. qu. sub tutelæ. Ex qualitate, quia alia



est prati aestimatio, alia agri, alia vineæ. Ex quantitate fructuum  
qua superiorum quorū rerum in suo genere aestimatio pro modo fru-  
ctuum longè dissimilis est. Intelligitur autem fructuum quantitas,  
partim ex fertilitate fundi partim ex eius magnitudine. Nam alij  
fundi alijs sunt fertiliores pro situ loci. Et maiores fundi plures fru-  
ctus afferunt. Donell. ad hanc l. n. 5. Quod si ad aestimandum ve-  
rum pretium testes producantur necesse est, ut ex qualitate rei & quan-  
titate fructuum de aestimatione rei quæ contractus tempore fuit testi-  
monium ferant. l. si voluntate 8. C. h. t. non ex affectione privato  
quàm habent, vel affectione oportunitatis, vel vicinitatis, vel cæli vel  
quod illic educati sint, vel parentes sepulti, l. 1. §. & alias 15. ff. si  
quid in fraud. credit. vel quod maiorum fuerint, l. in emptione  
34. de contrah. empt. sed communi aestimatione, l. pretia rerum  
63. ff. ad l. Falcid. l. servum 33. ff. ad l. Aquil. *Quæstio 1.* Quid autem si  
tempore contractus pretium fuerit insolitum, idq; deponerent testes,  
anne iuxta id in rei aestimatio debet. & notant id communiter in b. l.  
per d. l. pretia rerum in fin. Verum redditur ea conclusio dubi-  
tabilis ex eo quod diximus, tempus contractus inspicere debere, d. l. si vo-  
luntate C. h. t. iuncta l. 2. §. qui ad munera ff. de vocat. nu-  
mer. l. Titius de testam. milit. Sic alia incidit hic quæstio, si re- *Quæstio 2.*  
stes dicerent rem valere 100 & plus, cum tamen 50. vendida esset, du-  
bitatur, an illud plus attendi debeat ut ex eo ultra dimidiū lesio col-  
ligi possit? Et plurimi sunt qui illud negant, verū illi evidenter refel-  
luntur, per l. hac adiectio de V. s. quo spectat quod disputavimus  
supra them. 8. Quod si testes in testimonio dicendo disident, ut si unus  
diceret rem valere 100. Duo 100. & 20. stabitur testimonio duorum  
arg. l. fin. C. de fideicom. Quod si unus diceret valere 100. & 10.  
alter 100. tertius 100. & 20. stabitur eius dicto qui minorem sum-  
mam expressit. Nam utiq; reliqui in eam consenserunt, l. diem pro-  
ferre 27. §. si plures ff. de recept. qui arbit. l. inter partes ff.  
de Rei vindic. & in dubio in partem mitiorem merito inclinamus,  
l. temper in obsecris de R. l. Nec tamen necesse est rationem te-  
stimony sui non interrogentur adijciant. Pinell. part. 3. c.  
ult. n. 11. Distinguant similiter hic nonnulli inter testes affirmantes  
& negantes & volunt illorum testimonium saltem procedere, quæ simi-  
liter distinctio iniqua est, admittit enim defensionē emptoribus, pura si  
testes



testes venditoris asserunt rem valere 200. testes vero emptoris nihil ei  
prodesse dicendo 80. saltem valere, ideo non est distinguendum hic  
inter affirmativam & negativam, sed attendendum quis meliorem ra-  
tionem adferat. Quod si & testium dictus res decidi non poterit, erit  
prudentiæ iudicis peritos earum rerum æstimatores eligere, arg. l. si.  
irruptione §. fin. ff. fin. regend. l. hac edita l. §. his illud C.  
de secund. nupt. qui potissimum duo esse debent. c. quod autem  
in Nov. de nõ alienand. ut cautius & consultius agatur quod &  
voluit hic Bart. n. 20. Quod si a. difficilè erit meminisse & proba-  
re quæ fuerit vera æstimatio tempore venditionis, quia fortè nimis  
longo post tempore emptio rescindatur, hoc consiliū dandū est vendito-  
ri, ut probet præsentem æstimatorem fundi de quo agitur & dicat  
eum fundum non fuisse mutatum ex eo tempore quo venditus est. Nec  
esse enim est nisi mutatus sit & mutata eius æstimatio, eandem etiam  
æstimatorem prius fuisse quæ nunc est. Quod si emptor dicat muta-  
tum esse, id probare debebit, l. eum qui ff. de probat. Adfert ulti-  
mo loco ad complementum probationis materiam quæstionem Pinell.  
d. loc. n. 43. Si ex adductis ex parte conventi, vel alio modo aliqua-  
liter enervetur probatio agentis, ne omninò concludat, ut secundum  
iuris regulas videretur conventus absolvendus l. qui acculare C. de  
edend. Pro eo etiam videtur facere regula l. Arrian. ff. de oblig.  
& act. & quod in dubio res præsumatur iusto pretio vendita arg. l.  
2 §. ff. de probat. quam tamen opinionem non admittit Pinell. Ve-  
rum eius argumenta non sunt tanta, ut possint vel illa ipsa à se addu-  
cta refellere, & considerare debuerat Pinellus, emptori ex voluntate  
venditoris quæsitum iam dominium esse quod ipsi facere in dubio au-  
ferri non debet §. 2. de his qui sunt sui vel. al. iur. & licet à parte  
venditoris militet ratio æquitatis magna, ea tamen sic exaudiiri debet,  
ne alterius cuiusq. petitioni iustiori quicquam detrahat. Volumus n.  
ex superioribus constare æstimatorem, eamq. claram & certam, cuiusq.  
in rei probationem tam scrupulosè testes & eorum testimonia investi-  
gavimus, atq. in casu nostro ea dubia est, & per contrarium ab empto-  
re elisa. Nec quicquam stringunt illa quæ in sua sententiæ robur pro-  
mit, nempe quod clara sit probatio, etiamsi per conventum labefa-  
ctata. Nam id non satis ab ipso probatum est. l. ob carmen §. ff. ff.  
de testib. neutrius opinioni patrocinatur, & iudicem instruit quid  
in re dubia faciendum ipse sit. Adde quod Pinell. opinio regulam  
illam

Questio 3.

Pinellus re-  
futatur.



illam aequitatem plenam impugnet, qua traditur in dubijs potius reus quam actoribus succurrendum esse, reponit ille humanitatem & illam stare a partibus venditoris. Verum iam de contraria constat ex argumentis illius nostri. Nec (inquit Pinell.) iniuria convento infertur cui a iure datur electio retinendi rem supplendo pretium vel restituendi eam. Sed hoc remedium Pinelli satis lugubre est, ane iniuriæ satis si compellamus emptorem, si rem velit retinere ad supplendum pretium? cum iam semel emerit, & quidem ita ut non satis constet an emerit precio viliori: aut si factum vel nolit vel etiam pauperior non habeat supplere non possit ad rei restitutionem adigamus?

*Thema trigessimum primum.*

Iudex coram quo iudicium hoc instituitur non alius erit, quam domicilij eius qui convenitur.

Nonnulli volunt iudicium hoc coram eo proponendum esse, in cuius territorio res, de quibus agitur sunt sitæ, l. t. C. ubi in rem act. Alij in electione actoris id esse volunt vel coram iudice in cuius territorio res sitæ sunt experiri. Videtur tamen verior sententia nostra. Est enim actio ex lege nostra redundans, personalis unde & quemadmodum alie actiones personales coram iudice domicilij proponi debet, l. quoniam C. ubi & apud quem in integr. rest. l. f. C. ubi in rem act. quod concordat cum iure ordinario, sicuti constat ex l. 2. C. de iurisd. omn. iudic. l. hæres absens ff. de iudic. Dicitur autem locus domicilij ubi quis locum, aut summam fortunarum suarum, vel maiorem partem constituit. l. cives C. de incol. vel ubi quis assidue versatur. l. 2. C. ubi senat. vel clariss. quod tum fieri dicimus, quando maiore parte anni aliquis in loco quopiam versatur, arg. l. cum de latron. S. Sabinus. de fund. instr. ubi si dicat testator: Lego Titio fundum Tusculanum & ea quæ ibi sunt, intelliguntur ea legata quæ plerumq; in fundo fuerunt, id est, maiore parte anni. Vnde si casu fuerint quæ dñi ornamenta causa in fundum illata ad usum quendam repentinum, & temporarium, licet inveniuntur tempore mortis tamen non intelliguntur legata. Constituitur domicilium animo & facto l. domicilium ad municip. animo scilicet, ut ea mente transferam aliquo res meas quasi velim illic habitare perpetuo, qui animus postmodum declaratur



facto, scilicet positione sedium Ergo transferens res suas alio dum ul-  
tra vult pergere, non potest alibi conveniri quam ubi sedem fixerit.  
*Studioſi non* Vnde Dd communis est conclusio quod Studioſi non dicantur habe-  
*habent do-* re domicilium eo in loco ubi studiorum gratia morantur, propter non  
*micium in* permanentem instabilemque, eo in loco residendi animum, sicuti id ex  
*Academij.* alijs notat Petr. Rebuff. de privil. (schol. privil. 121. Cuius effe-  
ctus hic est, quod non possint propter delicta vel contractus alibi factos  
ibidem tanquam domicilium habentes conveniri, sicuti idem Rebuff.  
privil. 123. probat, tum (inquit) quod Scholasticus sit in via & ad  
vena, qui non potest conveniri extra domicilium, l. hæres absens,  
§. proinde ff. de iudic. cum quod sola habitatione non sortiatur  
forum, Salicet. in l. 2. C. ubi de crimin. agi. & ne cogatur stu-  
dium deserere & extra universitatem vagari, uti notat Bolognet.  
in auth. habita. C. ne fil. pro patr. Quod tamen restringendum  
est in contractibus & delictis in loco studiorum perpetratis. Tum enim  
conveniuntur non respectu domicilij, sed contractus vel delicti l. 2. §.  
sed si agant ff. de iudic. in c. ex parte de for. compet. Et quo-  
*Quæſtio.* niam in mentionem studiosorum nos materia deduxit ratio apposte  
quari potest, Num studiosi etiam stare teneantur decisioni l. nostræ  
2. C. de rescind. vend. ita ut contractum rescindere non possint nisi  
ultra dimidium laesi reperiantur? Quæstio frequens est & practica-  
tur à Bibliopola, Mercatoribus, alijsque vulturibus pecuniæ studioſo-  
rum inhiantibus, contra quos firmiter & æquitate causa & miseratione  
personarum tenendum etiam ob leviolem circumventionem illis  
succurrendum esse, arg. auth. habita C. ne fil. pro patr. quod et-  
iam pronuntiavit Panthal. Cremens. in h. l. & ex illo notat Petr.  
Rebuff. d. lo. privil. 120. ubi etiam extrêdit hoc in tantum ut si stu-  
diosus emerit librum valde vitiosum, non possit compelli ad eius solu-  
tionem quod non admitto. Nec enim privilegia in iniuriam aliorum  
redundare debent. Quapropter cum Bibliopola libros eiusmodi vi-  
tiosos emere cogantur, nec eosdem propter imperitiam plerumque à cor-  
rectis secernere possint, iniuriam utique fuerit propterea eodem pretio  
multari. Admitto tamen Rebuffi opinionem in typographis, Illi enim  
si per incuriam, vel propter avaritiam quia forsan Correctores idoneos  
non alunt, committant, quo minus liber vitis nimis pargetur, precio  
privandi erunt. Nunc ad thesin regrediamur. Quod verò ex  
sententia aliorum superius dictum remedium l. nostræ proponendum  
in lo-



in loco rei sita, colorem habet, sed fundamentum falsum est, quia, in-  
gunt, rem ipsam persequitur ad quamcung, manum devenerit,  
l. in cautela 13. §. f. de in integr. restit. & est contra rationem no-  
stram, qua personalem eam dicebamus, quae non solet fundum sequi.  
l. 1. §. si haeres ff. ad SCtm Trebei. l. ult. §. ult. de contrah.  
empr. Quod apertius & in specie quasi nostra confirmat l. 10. C. de  
reicin. vend. Quae enim ratio cur non emptor secundus ibidem con-  
veniat? Si enim quod urgent, rem ipsam persequatur, emptorem il-  
lum conveniet, is enim nunc eum tenet, id autem negat lex. Et urget  
idem l. xris alieni C. de donat. Admittenda tamen horum opinio  
erit, si emptor ille alter de lesione sciens ideo emat ut repetitionem a-  
vertat, l. 1. & 3. C. si vend. pig. ag. quod pluribus persequitur Co-  
var. 3. resol. 3. n. 10. Pinel. p. 2. c. 1. n. 32. ex quibus & sententia  
altera corrui, qua dabatur electio, laeso vel in personam vel in rem  
agere, attentio & eo non in arbitrio laesi sed laedenti esse quid velit re-  
stituere, utrum rem ipsam, vel precium iustum supplere: ita ut realis  
quaestio non directò locum habere possit, nisi pius de animo alterius  
constet.

### *Thema ultimum.*

Coronidis loco sit actionem ex lege no-  
stra 30. annis durare.

Quaestioni praesentia discussio peti debet ex themat. 24. Illi n.  
qui restitutionem in integrum dandam ex l. nostra asserunt, conse-  
quenter ad instar ceterarum restitutionum quadriennio terminan-  
dam esse colligunt, l. ult. C. de tempor. restit. in integ. Quae est  
etiam sententia Graecorū recepta à Cuiacio c. 23. de divert. tem-  
por. praescript. Quod etsi nonnulli à iure scripto abhorretere videant,  
aequum tamen & rationi consentaneum opinantur, propterea ne qua-  
estione laesionis in tantum extensa sit in incerto emptor, & consequen-  
ter rerum domina hereant, contra pr. Instit. de usucap. Unde re-  
strictum ad tempus apud Hispanos ad quadriennium refert Pai-  
dil. ad l. nostram num. 47. Apud Gallos vero ad decennium  
ex constitutione Ludovici 12. ut refert Molinæus in consuet.  
Paril. §. 11. §. 5. num. 57. Apud Lusitanos usq, ad quin-  
decim annos Pinell. 2. part. c. 1. num. 26. Et fortasse prudenter,  
615,



ait, restrictum est tempus cum huius actionis vis consistat in pretio & valore rerum, id autem tempore mutatur ut docet experientia & Cicero in l. pretio rerum ff. ad l. Falcid. nec videtur suspitione fraudu carere qui post longum tempus se laesum queritur. Non mihi nunc liber de aequitate restrictionis apud illos disputare, de illa enim viderint illi. dissertatio nobis est de civili iure, de quo constat si concedatur id quod iam probatum actionem esse personalem, eam consequenter perdurare debere, prout natura actionum personalium postulat, ut, ad 30. annos l. 3. l. 4. C. de praescrip. 30. annor. nec quod de restrictione pretij & valoris mutatione, aut fraudis suspitione dicitur quicquam movet. De priore constat ex themat. 24. De secundo uti & tertio edocebit firma & haud fallax probatio. Esi enim mutetur pretium, non tamen propterea negatur probationum copia, contrarium doceri, & certam estimationem ostendi posse. Sic etiam fraudis suspicio per hanc probationis normam facile tollitur, ni eam clare de laesione praetensa edoceat, sua in possessione minimè turbabitur emptor.

*Ad Lectorem, & Respondentes.*

**H**æc ego Salanum cupiens decorare Lycaum  
Temporis exigui calamo properante notabam,  
Effer ut ad pugnae quo se simulachra forensis  
Tractarent iuvenes, quorum mens ardua spirans  
Quærit iter sacrae mecum se credere rupi.

Hos ego vos inter primas habuisse phalanges  
**O** IUVENES gratabor ovans, hoc pignus amoris  
Vester habebit honos, nec enim sine carmine tantos  
Delerat inceptus, virtutem agnoscere suetus.

Provocet hic alios ardor, mea cura subibit  
Inque vicem, ipsorum sic tandem munere honore  
Nostra THEMIS prisco, quo nunc iacet orba, nitescet.

*D. Arumans.*

*F I N I S.*


*Quæstiones*

*Corol.*




32. Albinus, de mutuo.
34. Anselm, Grundriß Grund maxime.
35. Struv. de bonis mariti in rebus uxoris immobilibus  
inestimato in dotem datis.
36. Struv, de lucro dotis ejusque privilegio in concursu  
creditorum. non ver Gm mit Gützigau Harbenburg.
37. Schaeffer, de atramento.
38. Bierlingius. de eruditione politica.
39. Bünting, de jure filii.
40. Büchel, de prima instantia camerae quoad personas.
41. Buchholtz, vindictae secundum dispensationem metri  
mariti cum defunctae uxoris favore ab infidelis.
42. Stoyce de jure matrimonii et institutione.
43. Stoyce de fine matrimonii.
















omnia tractant, mox nimium  
re sibi imaginantur, sana veræ sa-  
cipia rident, contemnunt, præ-  
cant, ingenio maxime si præ-  
cum ratione insanire possint.  
vero eiusmodi homines reli-  
tis studiis in patriam reuertuntur  
ra Reip. subeunda iis sunt, tum  
rique sero nimis animaduertunt  
ces se fere ad omnia esse, tem-  
se in Academiis peractum, &  
frustra erogatos esse, nec aliis fu-  
quem hauserunt in Academiis,  
vendi posse, quam ipsi quidem  
marunt. Vt adeo finis studiorum  
di hominum plerumque sit non  
vero, Clarissime Candidate, aliam  
es viam. Iusto ordine cœpi-  
Juris prudentiæ, neglectis vanis  
studiis, illis tantum sedulo incut-  
ipsis rerum obtinent argumentis  
liciter ea absoluiisti, vt dignus fu-  
tus, ab illustri collegio nostro  
in iure honores ex merito confe-

